

Sancta Missa Rubrics 1960 - 1960

[Compare](#) [Divinum Officium](#) [↓](#) [↑](#) [Ordo](#) [Kalendarium](#) [Options](#)

Ante Missam	
Top Next	1
<p><i>Incipit</i> <i>I</i>n nómine Patris, ✠ et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.</p>	<p><i>Beginning</i> <i>I</i>n the Name of the Father, and of the Son, ✠ and of the Holy Ghost. Amen.</p>
Top Next	2
<p><i>S.</i> Introíbo ad altáre Dei. <i>M.</i> Ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam. <i>S.</i> Iúdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me. <i>M.</i> Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus? <i>S.</i> Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua. <i>M.</i> Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam. <i>S.</i> Confítebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me? <i>M.</i> Spera in Deo, quóniam adhuc confítebor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus. <i>S.</i> Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. <i>M.</i> Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen. <i>S.</i> Introíbo ad altáre Dei. <i>M.</i> Ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.</p>	<p><i>P.</i> I will go in to the altar of God. <i>S.</i> To God who giveth joy to my youth. <i>P.</i> Judge me, O God, and distinguish my cause from the nation which is not holy: deliver me from the unjust and deceitful man. <i>S.</i> For Thou, O God, art my strength: why hast Thou cast me off? and why go I sorrowful whilst the enemy afflicteth me? <i>P.</i> Send forth Thy light and Thy truth: they have conducted me and brought me unto Thy holy mount, and into Thy tabernacles. <i>S.</i> And I will go in to the altar of God: to God who giveth joy to my youth. <i>P.</i> To Thee, O God, my God, I will give praise upon the harp; why art thou sad, O my soul, and why dost thou disquiet me? <i>S.</i> Hope in God, for I will still give praise to Him: the salvation of my countenance and my God. <i>P.</i> Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost. <i>S.</i> As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. <i>P.</i> I will go in to the altar of God. <i>S.</i> To God who giveth joy to my youth.</p>
Top Next	3
<p>☩. Adiutórium nostrum ✠ in nómine Dómini. <i>R.</i> Qui fecit cælum et terram. <i>C</i>onfíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima</p>	<p><i>P.</i> Our help ✠ is in the Name of the Lord. <i>S.</i> Who made heaven and earth. <i>P.</i> I confess to almighty God, to the blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brothers, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed, through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I beseech</p>

culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Virgínem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

M. Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perducát te ad vitam aetérnam.

S. Amen.

M. Confíteor Deo omnípoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater: quia peccávi nimis cogitátione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Virgínem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, pater, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

S. Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perducát vos ad vitam aetérnam.

R. Amen.

S. Indulgéntiam, ✠ absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

the blessed Mary, ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brothers, to pray to the Lord our God for me.

S. May almighty God be merciful to thee, and forgiving thy sins, bring thee to everlasting life.

P. Amen.

S. I confess to almighty God, to the blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, Father, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed, through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I beseech the blessed Mary, ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray to the Lord our God for me.

P. May almighty God be merciful to thee, and forgiving thy sins, bring thee to everlasting life.

S. Amen.

P. May the ✠ almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.

S. Amen.

[Top](#) [Next](#)

4

℣. Deus, tu convérsus vivificábis nos.

℞. Et plebs tua lætábitur in te.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℞. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus,

Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Orámus te, Dómine, per mérita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt, et ómnium Sanctorum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

P. O God, Thou wilt turn again and quicken us.

S. And thy people shall rejoice in Thee.

P. Show us, O Lord, Thy mercy.

S. And grant us Thy salvation.

P. O Lord, hear my prayer.

S. And let my cry come before Thee.

P. The Lord be with you.

S. And with thy spirit.

Let us pray.

Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord, that we may be worthy to enter with pure minds into the Holy of Holies, through Christ our Lord. Amen.

We beseech Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints, whose relics are here, and of all the Saints, that Thou wouldst vouchsafe to forgive me all my sins. Amen.

Introitus*Ps 24:6; 24:3; 24:22*

Reminiscere miseratiónum tuarum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israë́l, ex ómnibus angústíis nostris.

Ps 24:1-2

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confido, non erubéscam.

Ÿ. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Reminiscere miseratiónum tuarum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israë́l, ex ómnibus angústíis nostris.

Introit*Ps 24:6, 3, 22*

Remember that Your compassion, O Lord, and Your kindness are from of old; let not our enemies exult over us; deliver us, O God of Israel, from all our tribulations.

Ps 24:1-2

To You I lift up my soul, O Lord; in You, O my God, I trust; let me not be put to shame.

Ÿ. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Remember that Your compassion, O Lord, and Your kindness are from of old; let not our enemies exult over us; deliver us, O God of Israel, from all our tribulations.

Kyrie*S.* Kýrie, eléison.*M.* Kýrie, eléison.*S.* Kýrie, eléison.*M.* Christe, eléison.*S.* Christe, eléison.*M.* Christe, eléison.*S.* Kýrie, eléison.*M.* Kýrie, eléison.*S.* Kýrie, eléison.**Kyrie***P.* Lord, have mercy.*S.* Lord, have mercy.*P.* Lord, have mercy.*S.* Christ, have mercy.*P.* Christ, have mercy.*S.* Christ, have mercy.*P.* Lord, have mercy.*S.* Lord, have mercy.*P.* Lord, have mercy.**Gloria***omit.***Gloria***omit.***Oratio**

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: intérius exteriúsque custódi; ut ab ómnibus adversitatíbus muniámur in córpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Collect

Ÿ. The Lord be with you.

R. And with thy spirit.

Let us pray.

O God, You Who see how we are deprived of all strength, guard us inwardly and outwardly, that in body we may be protected against all misfortunes, and in mind cleansed of evil thoughts.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Lectio

Lectio Epistolæ beāti Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses

1 Thess 4:1-7.

Fratres: Rogámus vos et obsecrámus in Dómino Iesu: ut, quemádmódu(m) accepístis a nobis, quómo(d)o opórteat vos ambuláre et placére Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim, quæ præcépta déderim vobis Per Dominum Iesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne et honóre; non in passióne desidérii, sicut et gentes, quæ ignórant Deum: et ne quis supergrediátur neque circumvéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædiximus vobis et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatióne(m): in Christo Iesu, Dómino nostro.

R. Deo grátias.

Lesson

Lesson from the first Letter of St. Paul to the Thessalonians

1 Thess. 4:1-7

Brethren: Even as you have learned from us how you ought to walk to please God - as indeed you are walking - we beseech and exhort you in the Lord Jesus to make even greater progress. For you know what precepts I have given to you by the Lord Jesus. For this is the will of God, your sanctification; that you abstain from immorality; that every one of you learn how to possess his vessel in holiness and honor, not in the passion of lust like the Gentiles who do not know God; that no one transgress and overreach his brother in the matter, because the Lord is the avenger of all these things, as we have told you before and have testified. For God has not called us unto uncleanness, but unto holiness, in Christ Jesus our Lord.

R. Thanks be to God.

Graduale

Ps 24:17-18

Tribulatiónes cordis mei dilatáte sunt: de necessitatibus meis éripe me, Dómine, *Ÿ.* Vide humilitátem meam et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

Tractus

Ps 105:1-4

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius. *Ÿ.* Quis loquétur poténtias Dómini: audítas fáciat omnes laudes eius? *Ÿ.* Beáti, qui custódiunt iudícium et fáciunt iustítiam in omni témpore. *Ÿ.* Meménto nostri, Dómine, in beneplácito popúli tui: vísitá nos in salutári tuo.

Gradual

Ps 24:17-18

Relieve the troubles of my heart and bring me out of my distress, O Lord. *Ÿ.* Put an end to my affliction and my suffering, and take away all my sins.

Tractus

Ps 105:1-4

Give thanks to the Lord, for He is good, for His kindness endures forever. *Ÿ.* Who can tell the mighty deeds of the Lord, or proclaim all His praises? *Ÿ.* Happy are they who observe what is right, who do always what is just. *Ÿ.* Remember us, O Lord, as You favor Your people; visit us with Your saving help.

Evangelium

Munda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evángélium tuum dígne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Gospel

Cleanse my heart and my lips, O almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a burning coal, and vouchsafe, through Thy gracious mercy, so to purify me, that I may worthily announce Thy holy Gospel. Through Christ our Lord.

Iube, Dómine, benedicere. Dóminus sit in corde meo et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Sequéntia + sancti Evangélii secúndum Matthæum

R. Glória tibi, Dómine.

Matt 17:1-9

In illo témpore: Assúmpsit Iesus Petrum, et Iacóbum, et Ioánnem fratrem eius, et duxit illos in montem excélsu seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies eius sicut sol: vestiménta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuérunt illis Móyses et Eliás cum eo loquéntes.

Respóndens autem Petrus, dixit ad Iesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum et Eliáe unum. Adhuc eo loquente, ecce, nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi bene compláui: ipsam audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Iesus, et tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, et nolíte timére.

Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt nisi solum Iesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépít eis Iesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Filius hóminis a mórtuis resúrgat.

R. Laus tibi, Christe.

S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Amen.

Give me Thy blessing, O Lord. The Lord be in my heart and on my lips, that I may worthily and in a becoming manner, proclaim His holy Gospel. Amen.

P. The Lord be with you.

S. And with thy spirit.

Continuation of the Holy Gospel according to Matthew

R. Glory be to Thee, O Lord.

Matt 17:1-9

At that time, Jesus took Peter, James and his brother John, and led them up a high mountain by themselves, and was transfigured before them. And His face shone as the sun, and His garments became white as snow. And behold, there appeared to them Moses and Elias talking together with Him. Then Peter addressed Jesus, saying, Lord, it is good for us to be here. If You will, let us set up three tents here, one for You, one for Moses, and one for Elias. As he was still speaking, behold, a bright cloud overshadowed them, and behold, a voice out of the cloud said, This is My beloved Son, in Whom I am well pleased; hear Him. And on hearing it the disciples fell on their faces and were exceedingly afraid. And Jesus came near and touched them, and said to them, Arise, and do not be afraid. But lifting up their eyes, they saw no one but Jesus only. And as they were coming down from the mountain, Jesus cautioned them, saying, Tell the vision to no one, till the Son of Man has risen from the dead.

R. Praise be to Thee, O Christ.

S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.

[Top](#) [Next](#)

12

Credo

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, Lumen de Lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantíalem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de cælis.

Creed

I believe in one God, the Father almighty, Maker of heaven and earth, and of all things, visible and invisible. And in one Lord Jesus Christ, the only begotten Son of God. And born of the Father, before all ages. God of God: Light of Light: true God of true God. Begotten, not made, consubstantial with the Father, by whom all things were made. Who, for us men, and for our salvation, came down from heaven. And

Et incarnátus est de Spírítu Sancto ex María Vírgine: Et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum: sedet ad délixeram Patris. Et iterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis. Et in Spírítum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

became incarnate by the Holy Ghost of the Virgin Mary: and was made man. He was crucified also for us, suffered under Pontius Pilate, and was buried. And the third day He rose again according to the Scriptures. And ascended into heaven, and sitteth at the right hand of the Father. And He shall come again with glory to judge both the living and the dead, of whose kingdom there shall be no end.

And in the Holy Ghost, the Lord and Giver of Life, proceeding from the Father and the Son. Who together, with the Father and the Son, is adored and glorified: Who spoke by the prophets. And in one, holy, Catholic and Apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I look for the resurrection of the dead. And the life of the world to come. Amen.

[Top](#) [Next](#)

13

Offertorium

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Ps 118:47; 118:48

Meditábor in mandátis tuis, quæ diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi.

Offertory

P. The Lord be with you.

S. And with thy spirit.

Let us pray.

Ps 118:47-48

I will delight in Your commands, which I love exceedingly; and I will lift up my hands to Your commands, which I love.

Súscipe, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculatám hóstíam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offénsionibus, et neglegéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúctis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Acept, O holy Father, almighty and eternal God, this unspotted host, which I, Thy unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present: as also for all faithful Christians, both living and dead, that it may avail both me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

Deus, ✠ qui humánæ substántiæ dignitátem mirábiliter condidisti, et mirábilis reformásti: da nobis per huius aquæ et vini mystérium, eius divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps, Iesus Christus, Filius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

O God, who, in creating human nature, didst wonderfully dignify it, and still more wonderfully restore it, grant that, by the Mystery of this water and wine, we may be made partakers of His divine nature, who vouchsafed to be made partaker of our human nature, even Jesus Christ our Lord, Thy Son, who with Thee, liveth and reigneth in the unity of the Holy Ghost, God: world without end. Amen.

Offerimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ maiestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salutē, cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

In spíritu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Veni, sanctificátor omnípotens ætérne Deus: et béne ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

We offer unto Thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching Thy clemency, that it may ascend before Thy divine Majesty, as a sweet savor, for our salvation, and for that of the whole world. Amen.

Acept us, O Lord, in the spirit of humility and contrition of heart, and grant that the sacrifice which we offer this day in Thy sight may be pleasing to Thee, O Lord God.

Come, O almighty and eternal God, the Sanctifier, and bless ✠ this Sacrifice, prepared for the glory of Thy holy Name.

Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérta mirabilia tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: délixtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingrèssus sum: rédime me et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedicam te, Dómine.

Ÿ. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

Ŕ. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

I will wash my hands among the innocent: and I will compass Thine altar, O Lord That I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wonderous works. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Take not away my soul, O God, with the wicked: nor my life with blood-thirsty men. In whose hands are iniquities, their right hand is filled with gifts. But I have walked in my innocence: redeem me, and have mercy on me. My foot hath stood in the direct way, in the churches I will bless Thee, O Lord.

Ÿ. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

Ŕ. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiõnem, quam tibi offerimus ob memóriam passiõnis, resurrectiõnis, et ascensiõnis Iesu Christi, Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Virginis, et beáti Ioannis Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Receive, O holy Trinity, this oblation which we make to Thee, in memory of the Passion, Resurrection and Ascension of our Lord Jesus Christ, and in honor of Blessed Mary, ever Virgin, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of all the Saints, that it may avail unto their honor and our salvation, and may they vouchsafe to intercede for us in heaven, whose memory we celebrate on earth. Through the same Christ our Lord. Amen.

S. Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnípoténtem.

P. Brethren, pray that my Sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.

M. Suscīpiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nominis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

S. Amen.

Secreta

Sacrificiis præsentibus, Dómine, quæsumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti.

P. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

S. May the Lord receive the Sacrifice from thy hands, to the praise and glory of His Name, to our benefit and that of all His holy Church.

P. Amen.

Secret

Look with favor, we beseech You, O Lord, upon the offerings here before You, that they may be beneficial for our devotion and for our salvation.

*T*hrough Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

[Top](#) [Next](#)

Præfatio

Y. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Y. Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

Y. Grátias agámus Dómino, Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

de Quadragesima

*V*ere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti iúbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

*S*anctus, Sanctus, Sanctus Dóminus, Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

20

Preface

P. The Lord be with you.

S. And with thy spirit.

P. Lift up your hearts.

S. We have lifted them up to the Lord.

P. Let us give thanks to the Lord our God.

S. It is meet and just.

Lent

*I*t is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with these we entreat Thee that Thou mayest bid our voices also to be admitted while we say with lowly praise:

*H*oly, Holy, Holy, Lord God of Sabaoth! Heaven and earth are full of Thy glory! Hosanna in the highest! Blessed is He that cometh in the Name of the Lord! Hosanna in the highest!

[Top](#) [Next](#)

21

Canon

Te igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum, Filium tuum, Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus, uti accépta hábeas et benedícas, hæc ✠ dona, hæc ✠ múnera, hæc ✠ sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Antístite nostro **N.** et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuarum **N.** et **N.** et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnota est et nota devóitio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi ófferunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis et incolumitátis suæ: tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósaæ semper Vírginis Mariæ, Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Ioánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

[Top](#) [Next](#)

Hanc igitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in

Canon

We therefore, humbly pray and beseech Thee, most merciful Father, through Jesus Christ; Thy Son, our Lord, that Thou wouldst vouchsafe to accept and bless these ✠ gifts, these ✠ presents, these ✠ holy unspotted Sacrifices, which in the first place we offer Thee for Thy holy Catholic Church to which vouchsafe to grant peace, as also to preserve, unite, and govern it throughout the world, together with Thy servant our Pope, and our Bishop, and all orthodox believers and professors of the Catholic and Apostolic Faith.

Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaidens, **N.** and **N.** and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer up to Thee, this sacrifice of praise for themselves, their families and friends, for the redemption of their souls, for the health and salvation they hope for; and who now pay their vows to Thee, the everlasting, living and true God.

We pray in union with and honor the memory, especially of the glorious ever Virgin Mary, mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of the blessed Joseph, her Spouse, and of the blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon, and Thaddeus; Linus, Cletus, Clement, Xystus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family; and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank

24

<p>electórum tuórum iúbeas grege numerári. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.</p>	<p>us in the number of Thine Elect. Through the same Christ our Lord. Amen.</p>
<p>Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, bene ✠ díctam, adscrip ✠ tam, ra ✠ tam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Cor ✠ pus, et San ✠ guis fiat dilectíssimi Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi.</p>	<p>Which oblation do Thou, O God, vouchsafe in all respects, to bless, ✠ approve, ✠ ratify, ✠ make worthy and acceptable; that it may be made for us the Body ✠ and Blood ✠ of Thy most beloved Son Jesus Christ our Lord.</p>
<p>Qui pridie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, elevátis óculis in cælum ad te Deum, Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bene ✠ díxit, fregit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.</p>	<p>Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes lifted up towards heaven unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed ✠ it, broke it and gave it to His disciples saying: Take and eat ye all of this,</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>HOC EST ENIM CORPUS MEUM.</p>	<p style="text-align: right;">27</p> <p>FOR THIS IS MY BODY.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Símili modo postquam cenátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, bene ✠ díxit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes.</p>	<p style="text-align: right;">28</p> <p>In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands He blessed ✠ , and gave it to His disciples, saying: Take and drink ye all of this,</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.</p> <p>Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.</p>	<p style="text-align: right;">29</p> <p>FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT, THE MYSTERY OF FAITH; WHICH SHALL BE SHED FOR YOU AND FOR MANY UNTO THE REMISSION OF SINS.</p> <p>As often as ye do these things, ye shall do them in remembrance of Me.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p>	<p style="text-align: right;">30</p>

Unde et memores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiúsdem Christi Filii tui, Dómini nostri, tam beátæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectionís, sed et in cælos gloriósa ascensionís: offérimus præclaræ maiestáti tuæ de tuis donis ac datis, Hóstiam ✠ puram, Hóstiam ✠ sanctam, Hóstiam ✠ immaculátam, Panem ✠ sanctum vitæ æternæ, et Cálicem ✠ salutis perpétuæ.

Wherefore, O Lord, we Thy servants, as also Thy holy people, calling to mind the blessed Passion of the same Christ, Thy Son, our Lord, and also His Resurrection from the dead and His glorious Ascension into heaven: do offer unto Thy most excellent Majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure ✠ Host, a holy ✠ Host, an unspotted ✠ Host, the holy ✠ Bread of eternal life, and the Chalice ✠ of everlasting salvation.

[Top](#) [Next](#)

31

Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris: et accépta habére, sicúti accépta habére dignátus es múnera púeri tui iusti Abel, et sacrificium Patriárchæ nostri Abrahæ: et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculátam hóstiam.

Upon which vouchsafe to look with a propitious and serene countenance, and to accept them, as Thou wert graciously pleased to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of our patriarch Abraham, and that which Thy high priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

Súplices te rogámus, omnípotens Deus: iube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ maiestátis tuæ: ut, quotquot ex hac altáris participatióne sacrosánctum Filii tui Cor ✠ pus, et Sán ✠ guinem sumpsérimus, omni benedictióne cælesti et grátia repleámur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

We most humbly beseech Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angels to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, that as many as shall partake of the most holy Body ✠ and Blood ✠ of Thy Son at this altar, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

Memento étiam, Dómine, famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.**, qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dórmunt in somno pacis. Ispis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus locum refrigérii, lucis, et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Remember also, O Lord, Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, who are gone before us with the sign of faith, and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all that rest in Christ, grant, we beseech Thee, a place of refreshment, light, and peace; Through the same Christ our Lord. Amen.

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martíryibus: cum Ioánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno,

To us also, Thy sinful servants, confiding in the multitude of Thy mercies, vouchsafe to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua,

Petro, Felicitate, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed vénia, quæsumus, largitor admítte. Per Christum, Dóminum nostrum.

Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company we beseech Thee to admit us, not weighing our merits, but pardoning our offenses. Through Christ our Lord.

[Top](#) [Next](#)

35

Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sancti ✠ ficas, vivi ✠ ficas, bene ✠ dícis et præstas nobis.

Per Ip ✠ sum, et cum Ip ✠ so, et in Ip ✠ so, est tibi Deo Patri ✠ omnipoténti, in unitate Spíritus ✠ Sancti, omnis honor, et glória.

Per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

By Whom, O Lord, Thou dost ever create, sanctify, ✠ quicken, ✠ bless, ✠ and give unto us all these good things.

By Him, ✠ and with Him, ✠ and in Him ✠ is to Thee, God the Father ✠ almighty, in the unity of the Holy ✠ Ghost, all honor and glory.

P. World without end.

S. Amen.

[Top](#) [Next](#)

36

Preparatio Communionis

Orémus: Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti audémus dícere:

Pater noster, qui es in cælis. Sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem:

R. Sed líbera nos a malo.

S. Amen.

Preparation for Communion

Let us pray. Instructed by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we are bold to say:

Our Father, who art in heaven, hallowed be Thy Name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

M. But deliver us from evil.

P. Amen.

[Top](#) [Next](#)

37

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus et futúris: et intercedente beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genetríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diébus nostris: ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri.

Per eúndem Dóminum nostrum Iesum

Christum, Filium tuum.

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus.

Y. Per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the Blessed and glorious ever Virgin Mary, Mother of God, and of the holy Apostles, Peter and Paul, and of Andrew, and of all the Saints, mercifully grant peace in our days, that through the assistance of Thy mercy we may be always free from sin, and secure from all disturbance.

Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord.

Who with Thee in the unity of the Holy Ghost liveth and reigneth God,

P. World without end.

<p><i>P</i>ax Dómini sit semper vobíscum. <i>R.</i> Et cum spírítu tuo.</p>	<p><i>S.</i> Amen. <i>P.</i> The peace ☩ of the Lord be ☩ always with ☩ you. <i>S.</i> And with thy spirit.</p>
<p><i>H</i>æc commíxtio, et consecrátió Córporis et Sánguínis Dómini nostri Iesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.</p>	<p><i>M</i>ay this mixture and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p><i>A</i>gnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. <i>A</i>gnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. <i>A</i>gnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.</p>	<p style="text-align: right;">39</p> <p><i>L</i>amb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us. <i>L</i>amb of God, who takest away the sins of the world, have mercy on us. <i>L</i>amb of God, who takest away the sins of the world, grant us peace.</p>
<p><i>D</i>ómine Iesu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.</p>	<p><i>O</i> Lord Jesus Christ, who saidst to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you: regard not my sins, but the faith of Thy Church; and vouchsafe to grant her that peace and unity which is agreeable to Thy will: Who livest and reignest God, world without end. Amen.</p>
<p><i>D</i>ómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spírítu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permittas: Qui cum eódem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.</p>	<p><i>O</i> Lord Jesus Christ, Son of the living God, who, according to the will of Thy Father, with the cooperation of the Holy Ghost, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my iniquities and from all evils; and make me always cleave to Thy commandments, and suffer me never to be separated from Thee, Who livest and reignest, with the same God the Father and the Holy Ghost, God, world without end. Amen.</p>
<p><i>P</i>ercéptio Córporis tui, Dómine Iesu Christe, quod ego indígnus súmere præsumo, non mihi provéniat in iudícium et condemnatiónem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.</p>	<p><i>L</i>et not the partaking of Thy Body, O Lord, Jesus Christ, which I, though unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but let it, through Thy mercy, become a safeguard and remedy, both for soul and body; Who with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, livest and reignest God, world without end. Amen.</p>

<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Panem cæléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.</p> <p>Ÿ. Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.</p> <p>Ÿ. Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.</p> <p>Ÿ. Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.</p>	43
<p>Corpus Dómini nostri Iesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.</p>	
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Quid retribuam Dómino pro ómnibus, quæ retribuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.</p> <p>Sanguis Dómini nostri Iesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.</p>	45
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Communio</p>	46
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédiúm sempitérnum.</p> <p>Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.</p>	47
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Communio <i>Ps 5:2-4</i></p> <p>Intéllege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.</p>	48
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Postcommunio <i>S.</i> Dóminus vobíscum.</p>	49

I will take the Bread of heaven, and will call upon the Name of the Lord.

Ÿ. Lord, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof; say but the word, and my soul shall be healed.

Ÿ. Lord, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof; say but the word, and my soul shall be healed.

Ÿ. Lord, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof; say but the word, and my soul shall be healed.

The Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

What return shall I make to the Lord for all He has given to me? I will take the chalice of salvation, and call upon the Name of the Lord. Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.

The Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

[Communio](#)

Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.

May Thy Body, O Lord, which I have received, and Thy Blood which I have drunk, cleave to my bowels; and grant that no stain of sin may remain in me, who have been fed with this pure and holy Sacrament; Who livest and reignest for ever and ever. Amen.

Communion

Ps 5:2-4

Attend to my sighing; heed my call for help, my King and my God! To You I pray, O Lord.

Post Communion

P. The Lord be with you.

<p><i>℞.</i> Et cum spíritu tuo.</p> <p>Orémus.</p> <p>Súpplīces te rogámus, omnípotens Deus: ut quos tuis réfícis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas.</p> <p>Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǎcula sǎculórum.</p> <p><i>℞.</i> Amen.</p>	<p><i>S.</i> And with thy spirit.</p> <p>Let us pray.</p> <p>O almighty God, we humbly beseech You that those whom You refresh with Your sacrament may also worthily serve You in a way pleasing to You.</p> <p>Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.</p> <p><i>℞.</i> Amen.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Conclusio</p> <p><i>S.</i> Dóminus vobíscum.</p> <p><i>M.</i> Et cum spíritu tuo.</p>	<p style="text-align: right;">50</p> <p>Conclusion</p> <p><i>P.</i> The Lord be with you.</p> <p><i>S.</i> And with thy spirit.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p><i>℥.</i> Ite, Missa est.</p> <p><i>℞.</i> Deo grátias.</p>	<p style="text-align: right;">51</p> <p><i>℥.</i> Go, the Mass is ended.</p> <p><i>℞.</i> Thanks be to God.</p>
<p>Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ maiestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábilē, mihíque et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábilē. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.</p>	<p>May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the Sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy Majesty, may be acceptable to Thee, and through Thy mercy, be a propitiation for me, and for all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p>Benedícat vos omnípotens Deus,</p> <p>Pater, et Fílius, ✠ et Spíritus Sanctus.</p> <p><i>℞.</i> Amen.</p>	<p style="text-align: right;">53</p> <p><i>P.</i> May almighty God the Father, Son, ✠ and Holy Ghost, bless you.</p> <p><i>S.</i> Amen.</p>
<p style="text-align: right;">Top Next</p> <p><i>℥.</i> Dóminus vobíscum.</p> <p><i>℞.</i> Et cum spíritu tuo.</p> <p><i>℥.</i> Inítium + sancti Evangéllii secúndum Ioánnem.</p> <p><i>℞.</i> Glória tibi, Dómine.</p> <p><i>Ioann. 1, 1-14</i></p> <p><i>Iunctis manibus prosequitur:</i></p> <p>In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ípsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt.</p> <p>Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat</p>	<p style="text-align: right;">54</p> <p><i>P.</i> The Lord be with you.</p> <p><i>S.</i> And with thy spirit.</p> <p>The beginning + of the holy Gospel according to John</p> <p><i>℞.</i> Glory be to Thee, O Lord.</p> <p><i>John 1, 1-14</i></p> <p>In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him, and without Him was made nothing that was made: in Him was life, and the life was the Light of men; and the Light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John.</p>

Ioáannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eius: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. *Genueflectit dicens:* Et Verbum caro factum est, *Et surgens prosequitur:* et habitávit in nobis: et vídimus glóriam eius, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis. *R.* Deo grátias.

This man came for a witness, to testify concerning the Light, that all might believe through Him. He was not the Light, but he was to testify concerning the Light. That was the true Light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him to them He gave power to become sons of God, to them that believe in His Name, who are born not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God. *Here all kneel.* And the Word was made flesh, and dwelt among us: and we saw His glory, the glory as of the Only begotten of the Father, full of grace and truth.

R. Thanks be to God.

[Top](#) [Next](#)

55

Orationes Leonis XIII

S. Ave María, grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

O. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

S. Ave María, grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

O. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

S. Ave María, grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.

O. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

O. Salve Regína, Mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsules filii Evæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrymárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis, post hoc exílium, osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Mária.

S. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

O. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

Leonine Prayers

P. Hail Mary, full of grace; The Lord is with thee; Blessed art thou amongst women, And blessed is the fruit of thy womb, Jesus.

A. Holy Mary, Mother of God, Pray for us sinners, now and at the hour of our death. Amen.

P. Hail Mary, full of grace; The Lord is with thee; Blessed art thou amongst women, And blessed is the fruit of thy womb, Jesus.

A. Holy Mary, Mother of God, Pray for us sinners, now and at the hour of our death. Amen.

P. Hail Mary, full of grace; The Lord is with thee; Blessed art thou amongst women, And blessed is the fruit of thy womb, Jesus.

A. Holy Mary, Mother of God, Pray for us sinners, now and at the hour of our death. Amen.

A. Hail, holy Queen, Mother of Mercy, our life, our sweetness, and our hope. To thee do we cry, poor banished children of Eve. To thee do we send up our sighs, mourning and weeping in this valley of tears. Turn then, most gracious Advocate, thine eyes of mercy towards us. And after this our exile, show unto us the blessed Fruit of thy womb, Jesus. O clement, O loving, O sweet Virgin Mary.

P. Pray for us, O Holy Mother of God.

O. That we may be made worthy of the promises of Christ.

S. Orémus. Deus, refúgium nostrum et virtus, pópulum ad te clamántem propítius réspice; et intercedénte gloriósa, et immaculáta Virgine Dei Genitríce María, cum beáto Ioseph, eius Sponso, ac beatis Apóstolis tuis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quas pro conversióne peccatórum, pro libertáte et exaltatióne sanctæ Matris Ecclésiæ, preces effúndimus, miséricors et benígus exáudi. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

O. Sancte Michaél Archángele, defénde nos in prælió; contra nequítiam et insídiás diáboli esto præsídiúm. Imperet illi Deus, súpplices deprecámur: tuque, Princeps militiæ Cæléstis, sátanam aliósque spíritus málgnos, qui ad perditiónem animárum pervagántur in mundo, divína virtúte in inférnum detrúde. Amen.

S. Cor Iesu sacratíssimum.
O. Miserére nobis.
S. Cor Iesu sacratíssimum.
O. Miserére nobis.
S. Cor Iesu sacratíssimum.
O. Miserére nobis.

P. Let us pray. O God, our refuge and our strength, look down in mercy on Thy people who cry to Thee; and by the intercession of the glorious and Immaculate Virgin Mary, Mother of God, of St. Joseph her Spouse, of Thy blessed Apostles Peter and Paul, and of all the Saints, in mercy and goodness hear our prayers for the conversion of sinners, and for the liberty and exaltation of our holy Mother the Church. Through the same Christ our Lord. Amen.

A. Holy Michael Archangel, defend us in the day of battle; be our safeguard against the wickedness and snares of the devil. -- May God rebuke him, we humbly pray: and do thou, Prince of the heavenly host, by the power of God thrust down to hell Satan and all wicked spirits, who wander through the world for the ruin of souls. Amen.

P. Most Sacred Heart of Jesus,
A. Have mercy upon us.
P. Most Sacred Heart of Jesus,
A. Have mercy upon us.
P. Most Sacred Heart of Jesus,
A. Have mercy upon us.

[Post](#) Missam

Rubrics : [Sancta Missa Persoluta](#) *Solemn* :

Rubrics 1960 - 1960

English

Hodie

[Propers](#)

[Versions](#) [Credits](#) [Download](#) [Rubrics](#) [Technical](#) [Help](#)